13.n.3.Graſ.d.§.donatio cauſa mortis, q.1.n.3.Thadeus Piſo d. lib.4.variar.reſolut.c.1.n.19 alijq;ab his laudati. *Harprec.*

e *Mentio mortis.*] Adde hic, quod in dubio debet interpretari, prout melius valere poteſt, vt per Crau. in conſ. 52. n. 4. &]imitatioues quam plures dixi in reg.contra, *Giach.*

f *Non reuocare.*] Amplia,ac limita,vt per Dué. reg. 217. Verum ſi ſit facta cum pacto, quod non retrahatur, nec reuocata intelligatur, niſi donatario præmoriente: An tale pactum faciat ipſam träſire in donationem inter viuos? vide per Caſtren. conſ.83.nu.2.quid de donatione facta ab exiſtente in articulo mortis? quod valeat in vim donationis cauſa mortis licet nõ fiat mentio de morte: vide per Soc.conſ.130.num.7. Quid ſi fiat ab infirmo? quod ſic, vide per Caſtr. conſ. 384. Sed contra per Crau.conſil.277.colum. fin. *Giach.*

g *Et in donatione ipſa promittat, illam non re-*
4 *uocare.*] Quod † donatio ſub cõmemoratione mortis facta; cum clauſula de nonreuocando, aſſumat naturam donationis ſimplicis,ſiue inter viuos,prç ter Clarum hic noſtrum, tradunt Bartol Caſtrenſ. Angel. & ceteri in l. vbi ita donatur, 27.ff.de mor. cauſ. ponat.Bald. & Salicetu in l.2. C. de iur. dot. Roman. conſ. 53. in fin. Mantica d. tit.13 nu.5.& ſeqq.Menoch.lib.3 præſumpt.35.nu.21. Ioannes Vincentius Hondedæus conſultat.40.nu.59. vol. 1.& conſultat.44.nu.52. vol.2. Franciſcus Perſonal. conſil. 44. in princ. Graſſus d.§. donatio cauſa mortis, q.1.n.4 Fachineus lib.5.controuerſiar. iur.cap.23.Cuiac.conſultat.30.D. Bocerus dict. comment. de donat. c.5.nu.23.Hackelman.diſput.illuſtr.19.th.19. Piſo prædicto c.1.nu.7 & ſeqq.vbi fuſius illud explicat.

Tametſi non deſint, qui hoc caſu donationem inter viuos eſſe negant. Curt.Iun.conſ 56.num.2.& 3.Pariſius conſ. 56. num. 13. lib: 3. Socinus Iunior in leg. qui Romæ, 122. §. duo fratres, num.94.ff. de verbor. oblig.& alij, quos refert Anton. Gabriel.Roman. lib.2.concluſio. commun. concſuſ. 9. numer. 2. verſ. tamen contrarium, &c. Quibus adiciendi ſunt Coraſius, & Giphan.in d. l. vbi ita donatur 27. ff. de mort. cauſ. donat Ant. Faber decad.45. de Error.pragm. error.1. Forſter, lib.2.diſputat.10.th.11.& H.lib.2.var.reſolur. iur.ciu. tract.4. quæſt. 2.

5 Enim vero † ſunt & alij caſus; quibus licet mortis mentio facta ſit in donatione; tamen pro donatione inter viuos haberi debet. Etenim primo inter viuos, non mortis cauſa donatio intelligitur, ſi effectus, & executio obligationis in euentum mortis differatur; atque adeo dilationis tantum gratia in verbis executiuis mentio mortis fiat: vt ſi dicat donator; dono tibi talem rem, vel pecuniam ſoluendam poſt mortem: vel dono tibi fundum, retento mihi vſufructu pro vita mea, & vſque ad mortem, argumento l. Seia. 42. §. vltim. ff. de mort. cauſ. donat l.1.C.vt action.ab hæredib. & contra hæred.&c.l. hçreditarium, 7. ff. de bon. auctorit. iudic. poſſid.l vltim.C.de contrah.& commit ſtipulat. & §. poſt mortem, 12. Inſtitut. de inutilib. ſtipulat. Atq; ita docent Bartol. in dict.l.vbi ita donatur,27. ff. de mort. cauſ. donat. Bal.in dict.l. 2. C. de iur. dot.Roman in l. quæ dotis,33.ff ſolut.matrim.nu. 8.ibique Alexand. num. 12.& Iaſon num.35. Decius in l.ſi.20.C. de pact. Ruinus conſ.182.numer. 5.lib.1.Crau. conſ.617.n. 1.Natta conſil. 123. Roland.à Valle conſ. 61. nu. 13.vol.2.Berous conſ.60. numer.15.vol. 1. Hippolytus Riminald. ad princ. tit. Inſtit. de donationib. numer. 921. Mantica d. lib. 1. de coniect. vlt. volunt.tit.13.numer. 12. & 21.Menoch.d.lib.3. præſumpt.35.numer. 4. Iacobus Thoming.d.diciſ. 20. numer.12. Hartman. Piſtoris lib.3.quæſt.2.iur.q. 8.num. 2.& 3. D. Bocer. d.c.5. nu. 17.& Thadeus Piſo d. lib.4. var. reſol. c. 1.num.6.

6 Secundo † inter viuos, non mortis cauſa donatio cenſetur,cum quis donationem ſub mortis mentione confert in aliquem, & eius hçredes: ſiquidem mortis cauſa donatio ad hæredes non tranſit Bal. & Salicet. in d.l. 2. C. de iur.dot.Socin. ſenior in l. 2.nu.11. ff. de legat. 1.& conſ.53.n.5.vol.1.& cõſ. 72.n.5.vol. 3. Alex. conſ. 14.n.4.vol.1. Corn. conſ. 289.nu.11.vol.4.Ruinus conſ.98.num.16.& conſ. 123.nu. 6. uol.1. Crauet. conſ.314,n.18.Rol. à Valle conſ.8.nu. 19. uol.1.& conſ.61.nu. 37 uol.2. Aldobrand conſ.44.nu.8.Boerius deciſ.353.nu.12.Couar.de teſt. par.3.n.25.Hippolytus Rimin.in d.princ.Inſtit. de donationib. n.927 Mantica d. lib.1.tit.13.nu.13.Graſſus d.§.donatio cauſa mortis, q.1.n.7 Piſo d.lib.4.c.1.n.14.& Menoch. de præſump. præſump. 35.n.7. Qui tamen pleriq; hoc pronunciatum latius declarant.

7 Tertio † ſub commemoratione mortis facta donatio,non reputatur mortis cauſa donatio,ſi non quinque teſtes ſint adhibiti. Hæc quippe donatio quinque teſtes neceſſario deſiderat, l.ult. C.de donat.cauſ.mort.Ne autem uideatur donator elegiſſe uiã qua ſua diſpoſitio euertatur, & pereat: dicendũ potius, inter uiuos donatũ fuiſſe,l ſimiles,3 ff.de teſt.milit.Cynus in l.licet inter priuatos.19.C.de pact.Alex.in l.quæ dotis,23.n.13.ff. ſoluto matr & ibidẽ Iaſ.n. 46.& 47.Corn.conſ.124.n.3.& cõſ.259. n.9. lib.4.Pariſ.conſ.90.n.3.& 4.vol.3.Purpurat.conſ.508.n.4. Rol.à Valle conſ.8.n.22.uol.1.Socin.ſen.conſ.137 lib.1.Socin. iun.conſ.21.uol.2.Cranett.conſ.52.n.4.& conſ.227.in fin.Natta conſ.117.n.3 & 4.Bertrandus conſ.88.num.2.uol.2.Rimin. in d.princ.Inſtit. de don.num.924.Mantica d.tit.13 n.15.Menoc.d.proſump.præſ.35 nu.4.Hartman Piſtoris d.q 8.n.14. D. Bocer.d.comment de don.c.5 n.24.& Piſo prodicto c.1.n. 15. Quar-

mortis. Sed in hoc Anton. de Butr. communiter reprobatur, vt dicit Gul.de Bened.in repet. cap.Raynutius. in verbo, Teſtamentum,el 4.nu.21.& ideo tenendum eſt, quod imò etiam hoc caſu iudicari debeat donatio inter viuos,non autem cauſa mortis. Et ita tenent communiter Doct. vt ait Ripa de peſt.in priu, contractuum.poſt numer.175. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Ripa, lib. 3. reſp. cap. 9. poſt numer. 7. & eod. lib. cap. 11. numer. 7, Nam, vt dicit text. in l. Seia. §.fin.ff. de don. cauſa mortis. talis videtur potius moriens, quam mortis cauſa donare. Quam opin.ego etiam ſaquor, dummodo talis donatio ſit facta in forma contractus; ſed ſi eſſet facta in teſtamento, vel codicillis, ab infirmo præcipue exiſtente in mortis articulo, crederem tutius eſſe adhærere opin. Ant. de Butr.

4 *Ceterum ſi in donatione ſit facta mentio mortis, tunc proculdubio tenendum eſt, quod ſit idonatio cauſa mortis, non autem inter viuos. Et hæc cõcluſio communiter tenetur, vt ait Dec. in l.fin.num.20. C. de pactu. Illam etiam dicit eſſe communem Pariſ. conſil. 16. num.4.lib. 2. Non enim debemus in dubio à vi, & proprietate verborum aliquo modo recedere. Intellige tamen, quod non ſufficit,quod ſimpliciter ſit facta* [e] *mentio mortis: ſed duo copulatiue requiruntur, ſcilicet, qnod in donatione ſit facta mentio mortis, & quod ſit collata in tempus mortis. Ita concludunt Doct.omnes, vt dicit Sigiſmund. conſ. feud.5.poſt num.4. Quod nota perpetuo.*

5 *Sed pone, quod aliquis dicat ſe donare cauſa mortis, & in donatione ipſa promittat illam non* [f] *reuocare; Quæro an dicatur donatio inter viuos, an aulem cauſa mortis? Reſp. quod ex illa promiſſione de non reuocando debet cenſeri donatio inter viuos,non autem cauſa mortis. Textus eſt expreſſus in l. vbi ita donatur, ff. de donat. cauſa mortis. Et eſt communis opin. vt ait Didec. in Rub.de teſtament. in 2. parte, poſt numer. 11. Et dicit Natta conſil. 104. numer. 7. & ſequ. quod in hoc neminem reperit contradicentem. Hæc enim qualitas, ſ. quod ſit irreuocabilis, adeo repugnat ipſi donationi cauſa mortis, vt ſit illi incompatibilis; & neceſſe eſt hoc caſu interpretari illud verbum cauſa mortis, poſitum in donatione, vt dicamus donantem potius motum fuiſſe ad donandum propter causã mortis, quam voluiſſe mortis cauſa donare, vt dicit Iuriſconſ. in d.l.vbi ita donatur.*

8 Quarto, quod † conſanguinitatis cauſa ſub mortis mentione donator, inter viuos donare intelligitur. Ita ſentiunt Romanus in dict. l. quæ dotis, 33.ff. ſolut. matrimon. Socin. ſenten. conſ. 177. col.2.volum.1.Gnlielm. Benedict. in c. Raynutius, 16. verb.teſtamentum, num. 23. Marant. conſ. 140. nnm. 9. Roland. à Valle conſil. 61. nnm. 49. vol. 2. Caualcan. deciſ. 42. num.9. Menoch.d. præſumpt.35. num.39.Hartman.Piſtoris d. q.8.num.10. hoſque referens D. Bocerus d. c. 5. nu. 21. Qui Interpretes plures caſus recenſent, quibus inter viuos donatio eſt, licet mortis mentio facta fuerit. *Harprec.*

QVAESTIO V.

SVMMARIA

Ex Claro.

1 *Donatio cauſa mortis an magis comparanda ſit contractibus, quam vltimis voluntatibus.*

2 *Et an quantum ad confirmationem.*

3 *Et quid ſi donatio cauſa mortis facta ſit in teſtamento.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus donatio cauſa mortis potius cõtratui, quam vltimæ voluntati æquiparetur.*

2 *Et quid ſi donatio cauſa mortis facta ſit in annos ſingulos.*

3 *Quæ vtilitas ſit differentiæ, quod donatio cauſa mortis in ſingulos annos facta ſit vna legata vera plura, remiſſiue.*

QVAEST. V.

1 QVæro, nunquid donatio cauſa mortis magis comparanda ſit contractui, quam [a] *vltimæ voluntati? Vtilitas autem huius quęſtionis eſt euidens, nam ex hoc ſcire poteris, an donatio cauſa mortis debeat regulari ſecundum leges, & ſtatuta loquentia de contractibus. In hoc autem articulo magna fuit aliquando inter Doctores controuerſia. Quidam enim ſimpliciter dixerunt, quod donatio cauſa mortis magis accedit contractui, quam vltimę voluntati. Et hanc dixit eſſe communem opin. Boer. conſ. 34. num. 12. Alij vero ſimpliciter dixerunt, quod eſt magis vltima voluntas, quam coutractus. Et hanc dicit videri magis communem* [b] *Marſ.ſing.136. longa. Tu dic, quod donatio cauſa mortis quoad modum, &* [c] *ordinationem, ſcilicet, dum in eſſe ducitur, æquiparatur contractui, ſed poſtquam eſt in eſſe deducta, quo ad effectum, & efficaciam, cenſetur vltima voluntas; & ita intelligenda eſt gloſ. ordinaria, quæ ad hoc propoſitum ſemper allegatur in leg. 2. in princ. in verb. Legatum, ff. de dote præleg. quam dicit eſſe communiter approbatam Socin. conſ.130.num.9.lib. 1. quod eſt duplicatum conſ. 235.lib. 2. Iaſ. in l. cum antiquitas nu. 2. C. de teſtam. Hanc etiam opi. dicit eſſe communem Iaſ. in l. 2. num.1.ff. de leg.1.& in l.ſenium, num.8. in fin. C.qui teſtament. facere poſſunt, Ripa in d. l. 2. numero 15. Alciat. in l.2.in princ. numer.10. ff. de verbor. oblig. Et ideo ſi ſtatutum diſponat, quod in contractibus conficiendis debeant interuenire duo Notarij, ita ſeruandum erit in donationibus cauſa mortis: ſi vero aliud ſtatutum diſponat, quod vltimæ voluntates habeant executionem paratam, pariter donatio cauſa mortis habebit paratam executionem. Quia illud ſtatutum diſponit circa contractus, prout ſunt in fieri, merito comprehendit donationem cauſa mortis. Hoc autem diſponit de vltimis voluntatibus iam in eſſe deductis: ideo locum habet etiam in donatione cauſa mortis. Econuerſo autem ſi ſtatutum diſponeret quod in vltimis voluntatibus conficiendis deberent interuenire duo Notarij, non comprehenderet donationem cauſa mortis, &c.*

2 *Scias tamen, quod licet donatio cauſa mortis quoad effectum, & efficaciam æquiparetur vltimis voluntatibus, vt ſupra dictum eſt, nam vltimę voluntates nou confirmatur niſi adita hęreditate. Donatio autem cauſa mortis confimatur ſola morte donantis, etiam eius hæreditate non adita. Ita colligitur ex gloſſ. in l. poſt legatum, §.qui mortis, in verb. Legatario.ff.de his, quibus vt indig. & eſt communis opin. vt dicir Alexand.in l. illud, poſt numernm 4. verſic. tamen donatio. C. de collatio. Picus in repe. l. in quartam. colum. 21. quem refert Didacus in rubrica de*

ADDITIONE.

a *QVam vltimæ voluntati.*] Item an æquiparetur potius vltimæ voluntati, quam contractui? vide per Bald. conſ. 108.n.3.Tiraq.de leg.connub.fol. 145.nu. 144. & ſeq. *Giach.*

b *Nunquid donatio cauſa mortis magis cõparanda ſit cõtractui, quam*
1 *vltimæ volũtati.*] An † & quatenus donatio cauſa mortis æquiparetur potius contractui, quam vltimæ voluntati, latiſſime explicant, poſt Clarũ noſtrũ, & plures alios, quos ipſi citant, Michael Graſſus lib.1.receptar. ſenten. §.donatio cauſa mortis, quæſtione ſecunda, Thadeus Piſo libro quarto, variar. reſolutio. capitulo 2. Andreas Rauchbarus quæſt. 32. numer. 42. part.1. D. Bocer. in commentar. de donationib. capitulo 5. numer. 47. Idem & nos explanatius preſecuti ſumus ad §. 1. Inſtint.de donationib.nu. 16.& ſeqq.

2 Illud ſane † animaduertendum eſt: quod licet donatio cauſa mortis, quoad effectum, & efficaciam (vt Clarus hic loquitur) cenſeatur vltima voluntas: attamen hoc locum non habeat in donatione cauſa mortis, facta in annos ſingulos: quoniam talis donatio dicitur vna l. ſenatus, 35. §. fin.ff. de mort.cauſ.donationib. ſicut & ſtipulatio dicitur vna, l. ſi Stichum. 16.§.ff. de verbor. obligat. cum tamen legata, in annos ſingulos facta, dicantur plura, l. ſi in ſingulos, 4. & l. cum in annos, 11. ff. de annuis lega. Graſſus d. q. 2.num. 4. Quanta autem huius
3 differentiæ (quod † donatio cauſa mortis in ſingulos annos facta ſit vua, legata vero plura) vtilitas ſit, exqueſite declarant Iaſon in dict. l. ſi Stichum, 16. §.1.ff. de verb. oblig. & Hippolytus Riminal. in princ. Inſtit. de donat n.1200. cum ſeqq. eoſque referens Thadeus Piſo d. cap. 2.numer. 39. *Harprec.*

b *Marſ.ſing.136.*] Vbi allegat Lud. Rom. conſ. 75. neſcio, &c. ibi tamen Roman. in libro meo de communiori verbũ nullũ facit; bene dicit, quod mortis cauſa donatio quoad eſſentiam, & ſui validitatem per omnia vltimæ voluntati comparanda eſt, alleg.l.vnic. ad fi.C. de cad. tol. & l. quæ ſub conditione,§.hoc edictum,ff.de cond. inſtit.& l. fin. C. de donat. cauſ. mort. *Gouean.*

c *Ordinationem.*] Itẽ quod donatio cauſa mortis quoad ordinationem æquiparetur contractui, vide per Hippol. Rimin. in princ. de donat. Inſtit. nu. 572.& 598.cum omnibus alijs ſeq. quia fuſius ceteris quæſtionem diſcurit: tametſi auctor noſter illum nunquam alleget. *Giach.*

d *In teſtamento.*] Et hic ſcias, quod donatio, quæ facta eſt in teſtamento multum differt ab ea, quæ haud facta eſt in teſtamento: vide per Dec. in conſ. 245. num. 4. Item ſcias, quod donationem cauſa mortis facere haud prohibetur: vide per Tiraq. de legib. connub. folio 145. *Giach.*

de teſtament. in 3. parte, numer. 22. Ripa in dict. l. 2. nu. 18. ff. de leg. 1. Rubeus conſil. 11. num. 6. Statim enim ſecuta morte donantis, donatio ipſa, quæ in tempus mortis erat collata, ſuam recipit perfectionem, non expectata hæredis aditione, ſecus autem in teſtamento, quod non recipit perfectionem, niſi hæres adeat hæreditatem, neque legata, quæ pariter de manu hæredis ſunt accipienda.

3 *Sed pone, quod aliquis fecerit donationem cauſa mortis*
d *in* [d] *teſtamento; nunquid cenſebitur tanquam legatum, vel tanquam donatio cauſa mortis? Reſpondeo; ſi eſt facta præſenti cenſetur donatio cauſa mortis: ſed ſi eſt facta abſenti, valet in vim fideicommiſſi. Ita dicit Bart. in l. 1. circa fin. ff. de donat. cauſa mortis, cuius opin. communiter tenetur, vt dicit Imola in eadem l. 1. nu. 1. quem refert Dec. conſil. 196. num. 2. in fin. Bertran. conſ. 168. num. 6. lib. 3. in 2. parte. Pariſ. conſ. 88. num. 98. lib. 3. qui dicit, quod ita tenent communiter Scribentes, quem refert, & ſequitur Socin. iun. conſil. 67. num. 17. lib. 3. Hanc tamen concluſionem intellige, vt procedat, modo talis donatio facta ſit ab eo, qui haberet facultatem teſtandi: alias enim non valeret, neque vt donatio, quia facta abſenti; neque vt fideicommiſſum, quia qui non poteſt teſtari, non poteſt facere fideicommiſſum. Et ita loquuntur Bar. & Doct. in locis præallegatis, & dixi infra q. prox. verſ. Sed quæro: Et hanc cõcluſionem nota pro declaratione ad concluſionem, quam poſui infra q. 21. quod ſcilicet donatio facta abſenti non valet, &c.*

QVÆSTIO VI.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Filiusfamilias an poſſit donare.*
2 *Et an inter viuos.*
3 *Et an cauſa mortis.*
4 *Et an cum patris conſenſu.*
5 *Et an talis conſenſus interuenire debeat reſpectu ſui præiudicij, an autem ad integrandam perſonam filij.*
6 *Et an debeat expreſſe interponi.*
7 *Et an filiusfamil. poſſit donare cauſa mortis ipſimet patri ſuo.*
8 *Et an clauſua codicillaris ſuſtineat donationem cauſa mortis, factam per filiumfam. in teſtamento.*
9 *Et quid ſi expreſſe non dixerit, quod volebat valere in vim donationis cauſa mortis.*

Ex Additionibus.

1 *Quæ ſit ratio, quod filiusfamilias non poſſit teſtari cum conſenſu patris, & tamen cum eiuſdem patris permiſſu donare cauſa mortis queat.*
2 *An filiusfamilias abſq; conſenſu patris poſſit donare illa bona aduentitia, quorum vſusfructus ad patrem non pertinet.*
3 *Nunquid expreſſus patris requiratur conſenſus, remiſſiue.*
4 *Vtrum pater poſſit conſentire filio ſibi donanti cauſa mortis.*
5 *An, & quatenus clauſula codicillaris ſuſtineat donationem cauſa mortis, factam per filiumfamilias in teſtamento.*
6 *Patris conſenſus per epiſtolam præſtari poteſt.*
7 *Ecquid pater, ſi filiofamilias mortis cauſa donanti cõſenſerit, poſtea pœnitere, & donationem mortis cauſa à filio factam reuocare poſſit.*
8 *Hæc mortis cauſa donatio ſtatim morte ſolius filij confirmatur*
9 *Ius alicui ſemel queſitum ei inuito auferri nequit.*
10 *Quid iuris, ſi filiusfamilias ſine conſenſu patris, mortis cauſa donet, & poſtea pater præmoriatur.*
11 *An minor poſſit donationem mortis cauſa in aliquem conferre.*
12 *Minor teſtamenti factionem habet.*
13 *Qui poteſt teſtari, is poteſt etiam mortis cauſa donare.*
14 *Mortis cauſa donationem quouis tempore reuocare licet.*

ADDITIONES.

a DE *bonis ipſis diſponere.*] Nec etiam ipſo patre conſentiente, poterit tamẽ de huiuſmodi bonis teſtamentum facere, cum ad pias cauſas illud condit, vt per Vaſquium de ſucceſſ. lib. 1. tit. qui teſtari poſſ. §. 1. num. 50. vide Franc. Viuium lib. 1. com. op. 121. *Gou.*

b *Vtrum poſſit donare cauſa mortis cũ patris cõſenſu.*] Cur † donatio mortis cauſa, conſentiente patre, fieri a filiofamilias poſſit, is vero eodem patre conſentiente teſtamentum facere nequeat, ratio diuerſitatis oſtenſa eſt ſupra in §. teſtamentum, queſt. 18. num. 11. & monuimus ad §. 1. num. 26. Inſt. de donat. & ad principium, tit. Inſtitut. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtamentum. nu. 15. & ſeqq. Eamque rem omnium diligentiſſime, & latiſſime explicat Matthias Berlichius concluſionum practicabil. part. 3. concluſio. 1. num. 6. & ſeqq. *Harprec.*

QVAEST. VI.

1 *NVnc videndũ eſt, quæ perſonæ donare poſſint, vel non: & inprimis quæro, an filiusfamilias poſſit donare? Reſp. quod non, etiamſi habeat peculium, text. eſt in l. filiusfam. ff. de donat. Sed quia hæc materia eſt aliquantulum intricata, & Doct. in ea multum varie loquuntur, ideo diſtinguendum eſt hoc modo.*

2 *Aut quæris, vtrum filiusfamilias poſſit donare inter viuos: & tunc vtique procedit concluſio ſuperius facta, ſcilicet, quod regulariter non poteſt donare: & ratio eſt, quia cum pater habeat in bonis filij vſumfructum, non debet poſſe filius, in præiudicium paterni vſusfructus, de bonis ipſis* a *diſponere. Ex hac ratione infertur: Quod ſi filius haberet aliqua bona, in quibus patri non quæreretur vſusfructus, poſſet illa donare inter viuos, etiam ſine conſenſu patris. Et in hoc Doct. communiter conueniunt, vt dicit Crauetta, conſ. 84. num. 9. & conſil. 92. poſt num. 1. verſ. Sed poſito. vbi dicit, quod in hoc nemo eſt, qui dubitet.*

b 3 *Aut vero quæris, vtrum* [b] *poſſit donare cauſa mortis, & tunc rurſus eſt diſtinguendum. Aut enim quæritur, an poſſit donare cauſa mortis ſine cõſenſu patris, & eſt expeditũ apud oẽs, quod nõ poteſt donare, neq; et bona aduentitia, & quæ ad ipſũ ſpectant pleno iure. Et hanc op. dicit eſſe coẽm. Abb. cõſ. 40. in fi. lib. 2. Rubeus conſ. 46. n. 2. & ſeq. Et dicit Soc. conſ. 112. n. 1. lib. 1. quod eſt duplicatũ in cõſ. 172. lib. 2. quod hæc opi. arbitratur indubitanter eſſe de mente Doctorum cõiter prout re vera eſt magis cõis, quidquid dixerit Crot. in repet. l. frater à fratre, poſt n. 32. verſ. Sexto queritur, ff. de cond. indeb. quẽ refert Did. in rubr. de teſt. in 3. parte, nu. 8. Et licet Bar. in Auth. vt liceat matri & auiæ, nu. 7. tenere videatur, quod imò poſſit filiusfa. huiuſmodi bona donare cauſa mortis, etiã ſine patris cõſenſu, nõ tamen propter hoc eſſet à prima op. recedẽdũ, quia (vt dixi) proculdubio eſt magis cõis, tanto magis cũ non parua ſit cõtrouerſia inter DD. an illa lectura ſuper Autheticis ſit Bart. vt dixi inf. lib. 7. Bene verũ, quod DD. multum laborant in inueniẽda ratione, cur potius ſit ei premiſſũ huiuſmodi bona donare inter viuos, quã cauſa mortis: ſed hę diſputationes in practica parum, vel nihil proſunt.*

Se-

Si

c *Sequeretur, quod poſſet filius donare cauſa mortis aduentitia ſibi pleno iure quæſita, &c.*]

2 Quod † filiusfamilias abſq conſenſu patris non poſſit donare cauſa mortis illa etiã bona aduentitia, quorum vſusfructus ad patrẽ non ſpectat, multis rationib. prolixè contra alios, quos allegata, demõſtrat Thadeus Piſo lib. 4. variat reſolut. c. 4. nu. 5. Idem, & nos confirmauimus ad d. §. 1. Inſtit. de donat. num. 27. & aliquod ſubſeqq. Quamuis contrariã atentem ſententiam veritati propiorem eſſe, non ſine ſpecioſis argumentis ſtatuat, & concludat nouiſſime D. H. libro ſecundo var. reſol. iur. ciu. tract. 4. q. 5. *Harprec.*

d *Quod requiritur expreſſus conſenſus patris.*]

3 Adde † idem ſentientes Michaelem Graſſum lib. 1. recept. ſentent. §. donatio cauſa mortis, q. 3. nu. 3. Alciatum in l. 2. nu. 11. ff. de legat. 1. Didacũ Couar. in Rubric. de teſtament. part. 3. nu. 10. eoſque referentem Thadeũ Piſonem dict. lib. 4. cap. 4. num. 4. *Harprec.*

e *Contrariam autem*

4 *ſententiam.*] Quod † pater non poſſit conſentire filio ſibi donanti cauſa mortis, vltra Clatum hic noſtrum, & per eum adductos, ſcribunt Hippolytus Riminald. ad principium Inſt. de donationib. nu. 1347. Thadeus Piſo dict. c. 4. num. 6. verſ. contrariam ſententiã, &c. & Graſſus in d. §. donatio cauſa mortis, q. 3. num. 2. verſ. contrariam ſententiam, &c. Vide non ſine rationibus diſſentientem D. Bocerum in Commẽtar. de donationib. cap. 5. num. 38. *Harprec.*

Sed

4 *Si autem quæritur, vtrum poſſit donare cauſa mortis cum patris conſenſu? dicendum eſt, quod ſic, & eſt de hoc text. in dict. l. filiusfamil. & hanc concluſionem tenent omnes, vt dicit Iaſ. in l. ſenium. num. 8. C. qui teſtamen. fac poſſ. Crot. in rep. l. frater à fratre, num. 74. Quæ autem ſit ratio, cur filiusfamilias non poſſit, etiam cum patris conſenſu, teſtari, vt dixi ſupra lib. 3. §. Teſtamentum, q. 18. poſſit tamen donare cauſa mortis, non ſatis bene Doctores ſe explicant. Communiter tamen dicitur, quod teſtamentum, cum ſit vltima volnntas, non poteſt ex alieno arbitrio prendere, & hanc dicit eſſe communem rationem Iaſ. in d. l. ſenium, num. 9. vbi multa in hoc propoſito congerit.*

5 *Habes ergo, quod in donatione cauſa mortis, quæ fit per filiumfamilias requiritur patris conſenſus. Sed quæro, an huiuſmodi conſenſus reqniratur ratione præiudicij, quod ipſi patri fit reſpectu ſui vſusfructus in donatione, quam filius facit alteri, an autem etiã requiratur ad integrandam perſonam ipſius filij? Hæc eſt ardua quæſtio, & in qua Doctores inter ſe multum diſcordant. Aliqui enim tenuerunt, quod non requiratur ad integrandam perſonam filij, ſed ſolummodo fauore patris, & ſic pro intereſſe ſui preiudicij. Et hanc opin. dixit eſſe communẽ Io. Maria Ruſſi. in d. l. ſenium, prout illum refert Rubeus conſ. 127. num. 1. Et dicit Alex. in d. l. 1. §. fuit quæſitum, poſt nu. 8. quod Bart. & Doct. communiter reprehendunt gloſ. in l. fi. §. neceſſitate, C. de bon. quæ libe. tenentem, quod requiratur ad integrandam perſonam filij. Idem dicit Ripa in d. §. fuit quæſitum, nu. 3. Contrarium autem ſententiam, ſcilicet, quod imò requiratur patris conſenſus, non modo reſpectu eius præiudicij, ſed etiam ad integrandam perſonam filij, & ſic ad ſolemnizandum actum, plerique alij tenuerunt. Et hanc dicit eſſe communem Socin. in dict. conſil. 112. poſt nnmer. 8. verſ. Hoc etiam voluit, & in d. l. 1. §. fuit quæſitum, ff. ad Trebell. quem refert Didacus in d. Rubr. in 3. parte, numer. 6. in fin. Rubeus conſ. 49. numer. 5. & conſil. 127. numer. 8. & hæc opin. tanquam verior, & magis communis tenenda eſt. Nam, ſi patris conſenſus requireretur ſolummodo reſpectu*
c *eius præiudicij, ſequeretur,* [c] *quod poſſet filius donare cauſa mortis aduentitia ſibi pleno iure quæſita, ſine eius conſenſu: uon tamen eſt falſum, vt dixi ſupra verſiculo aut vero quęris. vel ſaltem, quod poſſet illa donare ipſi patri cum eius conſenſu; cuius contrarium magis communiter tenetur, vt dixi infra verſ. Quero etiam; & tamen hoc caſu nullum proſus pręiudicium patris conſiderari poteſt, imò potius euidens vtilitas, vt patet ad ſenſum.*

5 *Succeſſiue quæro, an huiuſmodi conſenſus patris, qui in donatione cauſa mortis per filium facienda requiritur, debeat expreſſe interponi, an autem ſufficiat, quod pater ipſi donationi ſimpliciter, aut tacite conſentiat? Reſpondeo: quod*
b [b] *requiritur expreſſus conſenſus patris. Ita dicit gloſſ. in leg. qui in poteſtate. in princip. in verb. Nihilo magis, ff. de teſtament. & in hoc nullus contradicit, vt ait Socin. in dict. conſ. 112. num. 7. in fin. quem refert Tiraquel. de Legib. connubial. in gl. 8. num. 9. & ex hoc etiam confirmatur concluſio ſuperius facta, quod ſcilicet talis conſenſus requiratur ad ſolemnitatem actus, non autem reſpectu præiudicij. Quia vbicunque agitur de præiudicio alicuius, tunc ſola præſentia, aut ſcientia, & taciturnitas inducit conſenſum ſuffieientem ad conualidandum actum, vt dixi infra lib. 7. §. conſenſus.*

7 *Quęro etiam, nunquid filiusfamilias poſſit donare cauſa mortis ipſi patri, cuius conſenſns (vt ſupra dictũ eſt) in ipſa donatione requiritur? Reſpondeo, in hoc quoque articulo magna eſt controuerſia inter Doctores, adeo, vt cũ aliquando in facto fuiſſet hæſitatũ, quæ opin. eſſet magis communis opus fuerit maxima librorum reuolutione. In primis autem multi tenuerunt, quod poſſit pater conſenſum ſuũ interponere filio ſibi donanti cauſa mortis. Et hanc opin. dicit eſſe communem Alex. in d. l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebellian. prout illũ refert Guliel. de Bened. in repet. cap. Raynutius, in verbo, Matrem inſuper Cleram, nu. 46. Ego tamen non reperio Alex. ibi, mexime nu. 8. vbi tractat hunc articulum: atteſtari de cõmuni opin. niſi forte Gulielmus ſenſit de verbis Alex. quæ ego ſuperius retuli in verſicul. Habes ergo. Idem dicit Bertran. conſilio 156. nu. 10. lib. 1. in 2. parte, conſilio 163 poſt num. 1. libro 1. in 2. parte, Iaſ. in dict. §. fuit queſitum, nu. 3. qui dicit, quod ita magis communiter tenetur. Ripa in dict.*
e *§. fuit queſitum, nnmero 2. Contrariam* [e] *autem ſententiam, ſcilicet, qnod imò pater non poſſit interponere conſenſum ſuum filio ſibi donanti cauſa mortis, tenuit gloſſ. in l. 1. in princip. in verbo, Rem acquirit, ff. de auctor. & conſ. tutor. & dicit Socin. in dict. § fuit queſitum, colum. 4. verſicul. Poſtremo, quod ita tenent communiter Doct. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Bald. conſil. 62. nu. 3. libro 4. quem refert Socin. in dict. conſil. 112. poſt numernm 4. verſicul. Vnde in tanto, & Dec. in dict. l. ſenium, nnmero 56. C. qui teſtament. fac. poſſ. & conſil. 245. numero 6. circa ſin. & conſil. 612. cir. fin. & Tiraquel. de Legib. connubial. in gloſſ. 8. nu. 115. Imola in dict. §. fuit queſitum, colum. fin. verſicul. extra gloſſ. adde, quid dicit, quod illa gloſſ. ordinaria in dict. l. 1. communiter approbatur, quem refert Socin. conſ. 23. num. 15. lib. quarto, & Didac. in dict. Rubr. de teſtamen. in 3. parte numero 7. Corneo. conſil. 294. circa princip. lib. primo, qnem refert Ioan. Dilect. de arte teſtandi titul. primo, cautel. 2. numero quarto, & Dec. conſil. 279. numero 5. Et dicit Pariſ. conſil. 97. numero 21. libro 3. quod iſta opin. reputatur communis. Et ſic, vt vides, ex prædictis non eſt dubitandum, quin opinio gloſſ. ſit magis communis, & etiam verior, maxime preſuppoſito pro conſtanti, quod conſenſus patris in donatione filij interuenire debeat, non tantnm ratione preiudicij, ſed etiam ad ſolemnitatem actus, & ſic ad integrandam perſonam filij, vt dixi ſupra verſicul. Habes ergo. Videtur erge potius præſtaio auctoritatis, quam ſimplex conſenſus; quam quidem auctoritatem nemo poteſt in ſui commodum impartiri,*